Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



producere repentino & uolatilia uolantia. Idest
cogitationes bonas uel malas proferre in
medium. ut discretio fiat bonorum a malis.
quatenus utrique ex corde procedunt; De
corde nemque nro uelut de cequis produ
cunt & bone cogitationes & malae. Sed nos
uerbo ac p̄cepto di utrique proferemur ante
conspectum & iudicium di. Ut cum ipsius in
luminatione discernere possimus a bono
quod malum est. Idest utrae quae superne
repunt. & terrenas sollicitudines gerunt.
separemur a nob. Illae uero quae meliora sunt
Idest uolatilia sinamur uolare. non solu
superterram. sed & iam secundum firmamtu
cueli. Id ē ut sensum & intentionem tam
terrenorum quam caelestium praecetemus
in nobis. Intellegere quoq; possimus. quae
sint in nob noxia ex repentibus. si uiderimus
mulierem ad concupiscendum eam. Illud ē
in nobis repale uenenatum. Si uero sit in
nobis sobria & ratis sensus. & iam si domina
aegypti nos adamauerit. efficimur
auis. & relinquentes aegypti uesti